

## Band VI., Nr. 1695, Seite 94-95

*Schenk Walther und Konrad von Limpurg, Gebrüder, vergaben alle ihre Güter in Flein mit Ausnahme des Patronatrechts der Kirche an das Kloster Lichtenstern mit der Bestimmung, dass die Ritter Kraft von Heimberg und Albert Hurzelberg dieselben als Leiblehen besitzen sollen.*

Limpurg (Burg), 1263. Februar.

In nomine domini. Amen. Que fiunt<sup>a</sup> in tempore per viros providos et discretos, ne processu temporis labantur in oblivionem, dictis debe[n]tur testium et scripti serie roborari. Noverint igitur universi presentes et futuri huius pagine inspectores, quod nos Waltherus pincerna et Conradus fratres de Limpurg omnia bona nostra, que pariter habuimus apud villam Fline, quesita et non quesita, excepto iure patronatus ecclesie eiusdem ville, que ad me Conradum de Limpurg solum spectat, manu coadunata uxorum nostrarum pure propter deum et pro remedio animarum nostrarum ac omnium parentum nostrorum contulimus cenobio sanctimonialium, Cisterciensis ordinis, in Liechtensterne libere possidenda. Ipsa etiam bona concessimus Crafftoni de Haymberg<sup>1</sup> et Alberchto Hiccelbert militibus nomine feudi hac interposita pactione, quod ipsi eadem bona iam dicto cenobio fideicommissario<sup>b</sup> nomine fideliter conservabunt et, cum ipsos milites domino iubente decedere contigerit, eorum pueri et heredes in eisdem bonis nullum impedimentum vel gravamen dicto cenobio irrogabunt nec in eis sibi ius aliquod usurpabunt, sed cedent ipsi cenobio postmodum proprietatis titulo libere possidenda. Ut igitur hec nostra donatio quam fecimus sicut in hac serie verbotenus et expresse<sup>c</sup>, perpetue robor obtineat firmitatis, scripta est in testimonium presens litera et sigillis nostris ac ditorum militum Crafftonis de Heymberg et Alberti Hiircelbergi diligentius roborata.

Actum in castro nostro Limpurg, anno domini M . CC . LXIII., mense Februarii, indictione VI. Testes huius rei sunt: Zurich de Stetten, Waltherus

<sup>a</sup>Die Abschrift hat falsch: *fuit*.

<sup>b</sup>Die Abschrift hat falsch: *fidecommissarie*.

<sup>c</sup>Hier ist die Vorlage nicht in Ordnung, entweder fehlt etwas hinter *et expresse* oder sollte es *est expressa* heißen.

<sup>1</sup>Heimberg, abgeg. Burg, vgl. Zeitschrift des Historischen Vereins für das Württembergische Franken 1 (1847/49) - 10 (1875/78), Bd. 7, S. 173, und Württembergische Vierteljahrshäfte für Landesgeschichte 1 (1878) - 13 (1890/91); N.F. 1 (1892) - 42 (1936), Bd. 8, S. 281.

## II

de Cotzbihel, Ludovicus de Haymberc, Erlefridus de Velleberg, Folckardus de Velleberc, milites, cives etiam de Hallis: H. scultetus, C. frater eius, C. Trilher et alii quam plures.

—

Nach einer Abschrift aus der Mitte des 16. Jahrhunderts, bei welcher statt der *ae* die ursprünglichen *e* wiederhergestellt wurden.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

J 1 Nr. 43, Bl. 8 von hinten

**Regesten:**

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 605.

**Literatur:**

Zeitschrift Württembergisch Franken, Bd. 7, S. 173. Württembergische Vierteljahrshefte, Bd. 8, S. 281 (zu den Orten).

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Limpurg (Burg)

**Ortsindex:**

Flein Wohnplatz (1940)

Flein, HN

Kottspiel Wohnplatz (2771)

Kottspiel, Bühlertann, SHA

Lichtenstern Wohnplatz (2063)

Lichtenstern, Löwenstein, HN

Schloss Stetten : Kocherstetten, Künzelsau KÜN

Schloss Stetten Wohnplatz (2456)

Schwäbisch Hall SHA

Schwäbisch Hall Gemeinde (3313)

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA

Unterheimbach : Bretzfeld KÜN

IV

Unterheimbach Wohnplatz (2361)

Vellberg Wohnplatz (3467)

Vellberg, SHA